

286

FVNVS
 VIRI
 NOBIL. ET CONSVLTISSIMI,
 DOMINI
JO. FRIDERICI
THOMAS,

SECRETARII IN CIVITATE PATRIA THORVN,
 MERITISSIMI,


MORTE PRAEMATVRA
 D. VIII. IVN. A. 1632.
 AD BEATORVM SEDES TRANSLATI,
 AC

DOMINICA II. POST TRINITATIS
 SOLENNIBVS EXEQVIIS

TVMVLO ILLATI
 DEBITIS ELEGIS PROSEQVEBANTVR,
 ANIMOQVE

PARENTIS MAGNIFICI
 VNICVM LVGENTIS FILIVM,
 QVALECVNQUE SOLATIVM ADDERE

VOLEBANT
 RECTOR ET PROFESSORES GYMN.
 THORVN.



THORVNII, Impressit Joh. Nicolai NOBIL SENAT. & GYMN. Typogr.

*Quam non raro conuenit
 cum quando dignitas inuenit bonum, reddidit meliorem
 tandem animam publico inuoluit munit.*



THOMAS

SECRETARII IN CIVITATE PATRIA THORVNI.

MERITISSIMI

MORTE PRÆMATA

D. VIII. IAN. A. MDCCXXII.

AD BEATORVM SEDES TRANSIIT.

HEu!

Unica proles, extrema stirpis propago occubuit
ruentis familiae spes praeclara.

Tertius iam tertio anno sibi similis casus

ZIMMERMANNVS, AVSTENIVS

In vivis desiderantur,

Quando desiderabantur a patria,
Familiarum optimarum hic deficientium exodia.

Nunc lugubri augurio

Ipsis olim in vita & annis aequalis

Morte fit similis, virtute & ingenio minime secundus,

IO. FRIDERICVS THOMAS,

Civitatis patriae Secretarius

Consultissimus atque dexterrimus,

Indolis bonitate capacissimus

Virtutum doctrinaeque exemplis non minor

Decurso sic iuventutis studio

In Scholis & Academiis

Mira ingenii alacritate

Eundem animum publico intulit muneri.

Eum quando dignitas invenit bonum, reddidit meliorem.

Cum non raro contingat,

Vt

Vt quem apprehendit malum, faciat peiorem,

Et inspirante audaciam potentia
fortuna pro crimine fiat.

In consiliorum exedra

non obscura fuit industria, quia modestior,

enituit, cum eniteretur sine pompa,

nec tentatus intemperie

nec anxia laceratus impatientia

vitae commoda praeripuit,

sed maluit expectare.

Tanto in obeundis negotiis extitit felicior

quanto fide pleniori & obsequii laude ea confecit.

Minus saepe is caret successu,

quem forius ad bene agendum virtus, quam fortuna impellit,

ac sine fastu ad iusta meritorum fastigia contendit.

Propitio enim Numine

qui in teatro virtutum versatur

sine emolumento molitur nihil.

Hoc modo

multorum capax meritorum Beatus potuit esse,

quorum sunt indicia certissima,

Fidelitas, doctrina, probitas & assiduitas.

Donatus nascendi augurio familiae,

bene merendi fide patriae

recte agendi studio amicis,

ad paterna olim merita fulcienda Parenti,

Jam infelix evenus eum reddidit, notabiliorem,

quo felix facere potuisset nobiliorem.

Factus autem nunc ipse,

Familiae ruina

damnum patriae

moeror parenti.

Ita dispensat vis altior vices nostras.

his implicari facilius est

quam recte pensitare.

Tu, qui accedis, Viator,

sta, si potes in instabili,

precare solatium

patriae, Parenti, amicis,

illi, ne desint idonei filii,

isti, ne robur animi & corporis,

his, ne animi quies.

Disce,

ut tuum fiat,

verum Beati-elogium.

Certius nihil existimavit in vita, quam non semper vivere,

Melius nihil, quam probe vixisse & transferri.

In solatium quaecunque Magnifici Prae-C.

& honorem beati

I. m. q. sc.

Petrus Jaenichius, R.

G. P. Schulzen/ D. & P. P. O.

Gedanken

^{über}
CARTESII PRINCIPIMUM:

Cogito Ergo sum.

Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Soll grüblendes Nichten
Und stetiges Lichten /

Der Menschheit selbständiges Wesen uns lehren/
So muß man auch billig die Regeln anhören/
Die Gott hat durch Klugheit in diesen vergänglichem Leben/
Uns allen zur Richtschnur und leuchtenden Leitstern gegeben.

^{II}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Erforschet das Wesen/
Das ewig gewesen /
Und saget/ obs möglich es aus sich zu fassen?
Dann will ich ganz willig und rechtlich zulassen /
Daß alle die Heyden/ so göttliche Sachen beschrieben/
Sind richtig im denken als Gottesgelahrte geblieben.

^{III}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Der Themidis Thaten
Und rechtliches Rathen /
Verwirren bisweilen die Hörer und Lehrer.
Sie findet statt Ihrer des Pluti Verehrer /
Der chimisch das Eisen ganz scheinbar in Golde verwandelt/
Und sich doch läßt dünken/ er habe Themistisch gehandelt.

^{IV}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Hippocrates lachet/
So oft er betrachtet/

Das

Das seine Clienten sich heßlich verlauffen /
Tincturen und Pillen gar theuer verkauffen/
Und denken es müsse die Wirkung zu keiner Zeit fehlen/
Da vielmahls statt Hülffe erfolgt sehr schmerzliches quälē.

^V
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Apollo sucht Weisheit/
Und findet die Thorheit;
Denn wenn nur die Weisen sich reiflich bedenden/
Und ihre fünf Sinnen zum forschen wohl lencken /
So werden sie endlich zur rechten Erkenntniß geführet/
Und sehen mit Schaden/ worauff sie so mühsam studiret.

^{VI}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Ihr könnet nicht rasten/
Bis Hüften und Kasten
Mit Golde und Silber sehr reichlich gefüllet/
Und euer Geld-Hunger wird doch nicht gestillet/
Der Tod kömmt dann eiligst/ und läset die Hoffnung verderben/
Und was ihr gespahret/ verprassen die lachende Erben.

^{VII}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Ihr laisset die Ehren
Euch schändlich behdren /
Und wolt als Gigantes auff Jovis Thron sitzen/
Gott strafft drauff den Hochmuth mit donnernden Blitzen/
Ein Nebucadnezar verlehret darüber das denken/
Denn Ehr-Geiz pflegt meistens mit Biffte/ statt Nectar, zu
träncken.

^{VIII}
Vertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!
Man sucht sich zu wenden
In Wollust und Freuden/
Das üppige Leben soll immerfort währen.
Bis Bacchus und Venus die Kräfte verzehren;

[6]

Die

Die Phryges sind selten und späte zur Klugheit gekommen/
Und Wollust hat leyder! die Christen zur Garde genommen.

IX.

Bertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!

Kommt/ eilet zurücke

Zur Klugheit und Glücke!

Ein solcher denckt glücklich/ der sich selbst erkennet/

Was unter der Sonnen nur Eitelkeit nennet/

Und herzlich Gott liebet/ die zeitlichen Güter genießet

So/ daß ihm das Leben in Tugend und Wohlthun verfließet.

X.

Bertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!

Will Unglück und Sterben

Die Circel verderben/

So lehret vernünftig/ daß Gott uns das Leben

Und Glücke zum Darlehn nicht ewig gegeben

Wer seinen Gott ehret/ der ist auch in Unglück zufrieden/

Er liebet die Stunde/ die Gott ihm zum Sterben beschieden.

XI.

Bertieffte Gedanken/ wo wollet ihr hin!

Da heute die Tugend /

Und adliche Jugend /

Apollo und Musen mit Glohr sind verhüllet /

Daß unser Herr **SDMAS** die Todten Grufft füllet/

Kommt/ helfft mir die Grab-Schrift/ so wie Erß verdienet
vollführen/

Es sollen statt Rosen die Thränen den Leichen-Stein zieren.

MAGNI, PARENTIS

MAXIMÆ EXPECTATIONIS. FILIO.

JOH. FRIDER. THOMAS.

THORVNENSI,

EX. NOBILI. ET. PRÆCONSVLARI. STIRPE. ORIVNDO.

SECRETARIO. CIVITATIS. REG. THOR.

VNDIQAQVE. MERITISSIMO.

COGITANTI. QVOD. FVIT. ET. FVTVRVS. SIT.

ET. QVI. EST. QVOD. COGITAVIT.

OLIM. MORTALI. NVNC. FELICITER. IMMORTALI.

CETERAS. COGITANDO. CONTEMNENDOQVE. VANITATES.

COGITANTIVM. SVPERANTI. NATVRAM.

SACRVM.

Mirabar

Mirabar, Zephyrum per roscida prata meantem,
Dum splendore novo terras, dum flatibus annum
Innovat, hinc dulci violas ferrugine pingit,
Hinc casiam spargit, Pæstanaque miscet amomo

Germina, mox inhibere gradum, decerpere honores

Veri omnes, tristemque hortis plantare cupressum,

Perfensit casum mutata fronte mariti

Flora; jacit calathos, non lilia vertice splendent,

Non vestis stellata ambit, non ridet amœnum.

Vistula quin etiam vitreis caput extulit antris,

In gemitus effusa, genas madefacta, querelas

Promere Naiadas non ficto pectore jussit,

Tardius & solito flaventes volvere lymphas.

Nempe dies aderat, carum qua pulcior orbis

Exciperet Daphnin, fatumque ad celsa vocaret

Sidera, sive Aquilæ vellet sive esse Coronæ

Incola: namque Astræa sibi poscebat Olorque,

Semitaque immensum spondebat Lactea lumen.

Jamque malo victus deponere vincla parabat

Corporis, ut citius mortales linqueret auras,

Civibus & superis æquatus ut astra subiret.

Quum pater attonitus natum sic ore Palæmon

Affatur, gemitusque inter gelida oscula figit:

Siste gradum Daphni, nec surripe gaudia patri.

Quid petis Elysiis lucos, secretaque prenas

Atria? quid superis properas te immergere flammis?

Orbus ero sine te, quando mea gaudia tellus

Occulet, injectusque cinis tua conteget ossa.

Solus ero sine te: proh quam neglecta senectus,

Fascibus & titulis quamvis decorata superbis!

Te sine deformes ædes, ingrataque mensa,

Tecum ibit Phœbus, te verabeunte volabit.

Et qui tot solus potero exantlare labores,

Quos noras relevare, quibus succedere noras.

Parce pater lacrymis, melior me expectatorigo,

Daphnis ait. Non solus eris, non orbus: amici,

Vindicis usque vices vel cœlica turba subibit;

Vel, quod maius erit, Numen que & provida cura

Numinis. Hoc juvenem demersum fluctibus olim

Eripuit, portumque dedit contingere lætum.

Hoc & vivit adhuc, & lassos fulciet artus,

Præsidioque suo mulcebit tædia vitæ.

Pal. Siste gradum Daphni, nec gaudia surripe patri.

Te tua Pyrgopolis, te Curia sancta requirit:

Mirantur Patres juvenili corde virilem

His annis florere animum, calamoque valere.

Mentis canities, vigilatæ in præmia noctes,

Manfveti mores, & rerum maximus usus,

Cuncta tibi spondent fascies sellamque curulem.

Ut, quam vis contenta suis fiet aurea virtus

Divitiis, non vel trabea, vel plausibus ullis

Amplior

Amplior evadat; meritos tamen inter honores
Et spiret patriæ, & notas moderetur habenas,
His patriam studiis, hoc da sermone fruisci,
Quem sale conspergis, quem multo nectare tingis.
Da. Parce pater lacrimis, melior me expectat origo.
Non ego vel trabeas, vel vestes murice tinctas
Ambio, non statuas, fascas, grandesque colossos
Suspicio: sordent hæc vana crepundia munde.
Non ego, si Phrygii contingeret optio regis,
Titanis vel flammivomas agitare quadrigas;
Non, si Pactoli pretioso ripa metallo
Undaret, cæli cuperem dimittere fortem.
Rideo Scipiadæ, & magnum nomen Fulli,
Rideo Trajanum, quoties vel Tigride victo,
Alta vel ascendit fractis Capitolia Dacis.
At magis emineo cunctis: maiore triumpho
Evehor: æterno Numen dignatur honore.
Pal. Siste gradum Daphni, nec gaudia surripe patri.
Nondum casta Venus speratæ gaudia tædæ
Accendit, nec dulce patris cognoscere nomen
His annis licuit. Genus hoc ab stirpe peribit,
Si perges nescire torum, si iugiter orbis
Vivere. Quam vellem pridem complexisse, paterna
Vota, ac per sobolem longam extendisse iuventam!
Da. Parce pater lacrymis, melior me expectat origo.
Vita mihi sæpè potior tranquilla, quietis
Unus ubi tenor est, nullius conscius ignis,
Nullus ubi casus, lacrymæ, vel iurgia regnant.
Angelicæ mentes & mente & corpore puro
Sectari mihi pluris erat: miserier illis
Intrepido licet, ac similes invisere cætus.
Hic alias tædas, alia & connubia spero:
Christus erit sponsus: domus est cum dote parata:
Regalisque torus sanctos succendet amores,
Pal. Siste gradum Daphni, nec gaudia surripe patri.
Rêspice sis libros: quam magna & rara supellex
Quorum subsidiis tanta est opulentiæ lingvæ,
Mentis, consilii quæsitæ. Æterna premet nox
Diptycha Sarmatiæ, Themidisque volumina sanctæ,
Arcanasque schedas, quibus est & gloria Patrum
Et populi descripta salus: quid Gallia pulcrum,
Quid Latium foveat, quis te moriente revolvat?
Da. Parce pater lacrymis, melior me expectat origo.
Componant alii mittantque in secula chartas:
Excutiant alii perituras tempore chartas:
Me iuvat iste liber, proprio quem sanguine Christus
Signavit, nomenque metum dedit esse coruscum.
Hic mihi magnarum pandet mysteria rerum:
Qui sit inaccessæ lucis fons: corpore Christi
Majestas quanta, triplicique in nomine Numen:
Ordo chori angelici qualis: quæ gloria, splendor,
Ambitus aulai superæ: quid sidera volvat:
Concentumne gravem mutuis impulsibus edant:

Pendens

Pendat & vestra hæc quali libramine tellus.
Jamque vale venerande Pater! magni ætheris ignes
Ardeo: stellantem Solymam mens gestit adire
Libera, quam gemmis multoque insigniit auro
Dux vitæ. Hæc nobis patria est, hic nobile regnum
Laureaque & fascas: hic magnæ in secula mentes
In solito splendore micant durantque perennes.
Vive, vale genitor! quamvis non sponte superstes
Funeribus nati superes: sic fata tulerunt
Præscia, nec cupiunt cæcos rimarier actus.
Tempus erit, iamque hora ruit, quum carcere fracto
Terram calcabis, superis novus additus hospes.
Sit ait: ac subito rapuit super æthera virtus
Altior. Haud illum Lunæ convexa moratur
Regia, non Acras retinet, non Phosphore Daphni,
Vel tu Phœbe potes cursus inhibere volantes:
Gradivi stat flamma nocens, laxatque benignus
Spoute fores Jupiter, famulos Saturnia stella
Mittit in occursum. Sed non vult ignibus istis
Tardari: evehit solum petit ille Tonantis.
Quam felix es Daphni, novum decus addite divi!
Nascentem Charites te suscipere cubiti:
Naides infantis tinxerunt rore labella:
Aonides cunctas puerum docuere sorores
Artes, quæ poterant populi formare magistrum:
Patria Pyrgopolis summos spondebat honores,
Nomenque in variis signabant fascibus Horæ.
Sed nunc fidereas arces transgressus, in ipso
Numinis ambrosio gremio post fata recumbis.
sub pedibus nigras nubes atque aurea cernis
Sidera, despectas fluctus pelagique procellas,
Prælia ventorum rides, charosque penates
Lumine collustras, aut si quid carius illis.
Interea, Daphni quando lugubre Palæmon
Invocat, & cineres Pantheo rore madescunt;
Semper eris præsens, gratissima mentis imago
Semper oberrabit sociis. Cursu ante retorto
Vistula natales sese convertet in Alpes,
Vel, quæ Nereides magnum subiere Gedanum,
Sarmatiam cingent, miscebunt Bosphoron undis,
Pectora quam subeant ingrata obliviam famæ,
At nos (sic svadet pietas, sic magna Parentis
Gloria) longæva saxo ferrugine carmen
Scribimus inductum, expungat quod nulla vetustas:
*Ossa tenet marmor, sed mentem sidera servant
Daphnidis; egregii mores, animusque pudicus,*

(c)

Inge-

Ingenium sublime, Themis cum Pallade docta,
Delicia urvi semper comitesque suere;
Post cineres foeta repetunt virtutis alumnum:
In: assum, mediis pridem stabulatur in astris.

Felici memoriae Nob. Dn. Secretarii eclogam
hanc lugubrem L. M. Q. F.

Jacobus Zablerus, P. P. O.



JAm mihi stillantes lacrymis dei Baudius odas,
Verbaque Barlaus, mæstos resonantia lyra
Lessus, THOMASI properata ut funera plangam,
Et mea ferales edat mens præfica voces.
Eheu! nam subito vitam exspiravit in auras,
Inverso PATREM præcurrens ordine NATUS.
Dignus qui fuerat, pyllos ut viveret annos.
Sicne per ætatem morimur, per lustra, per annos?
Vivimus in mortes, queis vita alimenta propagat,
Acapite ad calcem moriantur ut omnia membra;
Et natura sui tumulusque uterusq; sepulcrum est.
Hunc in flore virum sævo mors funerat arcu;
Quo moriente Patris moritur spes omnis, & omnis
Gloria THOMASIVM nostrum, ruit alta Parentis
Qua stetit incertis eheu! fiducia talis,
Qui primis Nostrum noverunt semper ab annis,

THO-

THOMASI de stirpe satum, invigilasse Paternis
Novere auspiciis, & spe maiora patrasse;
Hinc fuit acceptus magnis, acceptus & imis.
Invidet at nobis Nostrum intempesta Megæra;
Quod, quæ vel canam poterant ornare senectam,
Flamine divino cesserunt cuncta BEATO.
Ipsam canitiem mentis juvenilibus annis
Miscuit; exiguos sistens excelsa per annos,
Præsidium Thoruna suum speraret ut olim
In Nostrum tutum; sed præpetis alea fati
Avocat, & valido titubantia secula fulcro
Exuit, & nostrum defraudat fidere mundum.
Nunc plangunt Cives, Nunc omnis Patria plorat
Tristia nec siccis sua funera spectat ocellis.
Ipseq; jacturam fidi perculsus amici
Lugens Castaliis lacrymas admisceo guttis.
Si prece devota foret expugnabile fatum,
Ereptum peterem letheis amnibus ipsum
Thriceiaq; chely foret ut mihi præda redempta;
At finem sibi damna negant, semperq; sequendo
Crescit & in cumulum dolor ultro proficit almus.
In lacrymis Magnum video stupere PARENTEM,
Ipse suos patitur manes, dolor improbus auget

Et

Et parat attonito neces sine fine dolendas.
 Quis tantos poterit luctus componere fluctus?
 Ni Deus omnipotens, nutu qui singula flectit!
 Non perit, præiit, nec præmatura subivit
 Funera; sed retulit certissima gaudia Cæli
 Hoc citius, quo fervidius dilexit Jesum.
 Firma fides, pietasq; fuit miranda, Beato,
 Jugiter incubuit precibus, sua munia digne
 Complevit, nullique fuit, nisi morte, molestus.
 Hinc quam fida fiet, non quam diuturna laboris
 Cura, Deus curat, tribuens sua præmia fidis.
 Sic breve curriculum præbet condigna brabea
 Nec grave tunc vitæ est spoliū mortale caducæ.
 At reor atra malis minitantur Numina terris
 Quum fidos pietate viros ad funera mittunt;
 O utinam canerent vanum mea carmina cantum!
 Sed concussa stupet mens horrida fulmina Cæli;
 Scilicet ob culpam, poenam poscente Jehova,
 Non nisi commoti præsagia Numinis adsunt.

Amico Integerr.
m. L. mque

Rheinholdus Frider. Bornmannus,
Prof. Publ. Ord.

Der

Der Mensch lebt kurze Zeit/und ist von Unruh voll/
 Er will/ da er die Ruh im Centro suchen soll/
 An die Peripherie in grösserm Umfang gehen/
 Und läst in solcher dan sich so viel Wirbel drehen.
 Er sucht die Ruhe wohl/doch da nicht/ da sie ist/
 Wenn ein Copernicus die Wahrheit nicht vergist:
 Dreht sich die Erde selbst/wie kan denn auff der Erden/
 Wohl was beständiges jemahls gefunden werden.
 Doch denkt der Ehr-Geiß stets/ in jenem hohen Platz/
 Wird er die Ruhe sehn/und waget seinen Satz;
 Allein erhält er ihn/so muß er tieffer fallen/
 Wo nicht/so fürchtet er/doch Hinterlist bey allen.
 Die Rache suchet Ruh in ihres Feindes Blut.
 Doch wer auch dis vergist/sieht denn erst was er thut/
 Die Straffe fürchtet er/und das Gewissen naget;
 Der Feind verdoppelt sich/der ihn mit Unruh plaget.
 Die Wollust suchet Ruh in ihrer Uppigkeit.
 Allein/was er genießt/währt eine kurze Zeit/
 Und desto länger währt die Neue/die er trägt/
 Wo er nach andre nicht/schon gar Verlangen heget.
 Die Trunkenheit sucht Ruh in einer Compagnie,
 Und Unruh/Zand und Streit sieht er nur allzufrüh.
 Den Tag/der jenem folgt ist noch der Kopff verdorben/
 Und also statt der Ruh/die Unruh nur erworben.
 Der Geiß sucht seine Ruh/wenn er den Kasten füllet/
 Und doch ist damit noch/die Sehnsucht nicht gestillet/
 Weil er bey Nacht/aus Furcht/der Ruhe kaum genießt/
 Am Tage wechselt/zehlt/probirt/wiegt/packt u. schlüßet.
 Der Neid sucht seine Ruh/wenn er den Nachbar stürzt/
 Und wird doch eben so von ihm offte abgewürzt.
 Ja wann auch dieser fällt/ist ers nicht/der da steigt/
 Weil ihm ein anderer noch grössern Vorzug zeiget.

[D]

Geb

Geh dann von Babel weg/ und suche deine Ruh!
 So ruffet mancher aus. Doch wehret er Freund wo zu?
 Kein Pensilvanien/ geschweig/ was näher lieget/
 Hat solcher Unruh schon auff Erden obgesieget.
 Beh vielmehr in dich selbst/ such deine Ruh in dir.
 Bezwinge deinen Sinn/ verbanne die Begier.
 Birst du auch in der Welt ihr abgestorben leben/
 Wird Still und Hoffnung dir so Stärck als Ruhe geben.
 So ruhete Daniel bey allem seinem Thun/
 Doch heists: du Daniel/ geh hin und ruhe nun.
 Drum auff der Welt wird stets Unruh und Angst ge-
 funden/
 Bis daß es endlich heist: Ich habe überwunden.
 Dahin bist du aniezt/ Wohlseeliger gelangt/
 Da Dein vergnügter Geist bey deinem Jesu prangt;
 Der Dir die Ruhe ist/ die Du allhier geliebet,
 Dort und ohn alles End/ ohn alles Wandlen gleebet.
 Wie seeltig bist Du doch/ von nun an/ da Du stirbst/
 Und von der Arbeit Dir die süsse Ruh erwirbst!
 Die Werke folgen nach; du siehst was Du geglaubet/
 Und deine Ruhe wird durch keinen Feind geraubet.
 Hoch-Edler/ der du stets der Seelen Ruh geliebet/
 Ich bin nicht kühn genug/ aniezt da Du betrübt/
 An Deinem Gipffel was von Ruh und Trost zu schreiben/
 Du kanst als Fels ohn mich in Stürmen ruhig bleiben.

Mit diesen wenigen wolte dem Wohlseeligen Herrn Secretario zu seiner Ruhe gratuliren und zugleich gegen dem Höchst-Betrübten Herrn Burger-Meister seine Condolenz ablegen

Gottfried Weiß/ Prof. Publ. Extraord.

Wann ich/ Hoch-Edler Herr/ den Schmerken
 recht bedende
 Aus dem die Traurigkeit in deiner Brust ent-
 steht/
 So dünckt mich das mit Recht Dich dieser Zufall kräncke
 Der dir begegnet ist/ und bis ans Herze geht.
 Du klagest einen Sohn: daß dieses viel bedeutet
 Bringt selbst die Natur mit ihrem Triebe bey/
 Wenn sie auff unsre Frucht die zärtste Neigung leitet/
 Als die vornehmlich ja von uns zu lieben sey.
 Du klagest einen Sohn der stets bey seinem Leben
 Das Licht der Frömmigkeit vor andern leuchten ließ/
 Der nur durch Tugenden sich suchte zu erheben/
 Und andern so den Weg zur wahren Ehre wies.
 Sein redliches Gemüth/ sein still und sittsam Wesen/
 Das ihn bey jedermann hat höchst beliebt gemacht
 Kont man ihn allbereit aus seinen Augen lesen
 Er mans nach seinem Wunsch noch in Erfahrung brachte.
 Du klagest einen Sohn an dem dein Wunsch und Hoffen/
 Das Ihn als einen Stab im Alter dir verhieß/
 Durch Seegens-vollen Fleiß sehr wohl hat eingetroffen/
 Indem Er also sich vielfältig Dir erwies.
 Er konte Dir die Last der Sorgen leichter machen
 Die dein betagtes Haupt nun fast zur Erden beugt/
 Sein unermüdeter Fleiß/ Sein Sorgen-volles Wachen
 Hat etwas schon an Ihm Dir ähnliches gezeigt.
 O harter Todes-Fall! Wenn selbst die Pfosten beben
 Dar auff sich das Gebäu von unsrer Hoffnung gründt:
 O allzustrenger Schluß! im Alter zu erleben
 Daß einem Stab und Trost und Stütze ganz ver-
 schwindt.

Wott

GOTT der durch diesen Fall empfindlich Dich gerühret/
Und dessen starcke Hand Dich also sehr verwund't/
Eröffne Dir den Rath den Er hier außgeföhret/
Und mache seinen Zweck in dieser Schickung kund.
So kan Dein Herze denn den besten Trost empfinden
Wennes dem grossen GOTT vergnüget sich ergiebt/
Du kanst im Überfluß vergnügte Ruhe finden/
Wenn Du bedenkst/ wie Er auch das/ was Du/ geliebt.
Indessen woll Dich GOTT auff Adlers-Flügeln heben/
Er sey Dein starcker Schild/ und Deines Alters Stab
Er lasse Dich vergnügt der Stadt zum besten leben
Und sey mit seiner Krafft bey Dir biß in Dein Grab.

Dem seelig verstorbenen Herrn Secre-
tario zu Ehren und zu Bezeugung
seiner schuldigen Observance schrieb
dieses

G. J. Schönwaldt/
P. P. E.

